ACTA APOSTOLORUM.

CAPUT I.

1. Continuat Lucas hanc hiſtoriam ad ſuum Evangelium. 9. Sublato in cœlum Chriſto, 10. Apoſtoli. 11. monentibus Angelis. 12. reverſi, 14. precibus incumbunt. 15. Petri inſtinctu, 18. Iudæ proditoris loco. 23. Matthias eligitur.

1 Superiore quidem volumine diximus, ô Theophile, de omnibus quæ cœpit JESUS tum facere tum docere.

1 Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν.

2 *Ad eum* usque diem, quo *poſtquam impartitus in hoc ipſum* Spiritum Sanctũ, mandata dediſſet quos delegerat Apoſtolus, ſurſum aſſumptus eſt.

2 Ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς Ἀποστόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη.

3 Quibus etiam ſeipſum exhibuerat viventem, poſteaquàm ſupplicio fuiſſet affectus, idque compluribus argumentis, dum per dies quadraginta conſpicitur ab illis, ac loquitur *eis* de regno Dei.

3 Οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

4 Et congregans illos in idem loci, præcepit eis ne diſcederent Hieroſolymis, ſed ut exſpectarent promiſſum Patris, * Quod (*inquit* audiſtis ex me.

4 Καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου.

* *Luc.* 24, 49. *Ioh.* 14, 26. & 15, 26.

5 Quoniam Johannes baptizavit quidem aquâ, vos † autem baptizamini Spiritu

5 Ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ